



16



10. Jan

794 ²
gr.



MEDICATIO DUORUM ÆGRORUM,
SUPERFLUIS MENSIBUS, ET
TENDINIS PUNCTURA,
LABORANTIUM.

Q V A M,

DEO OPT. MAX. AUXILIANTE;
SUB PRÆSIDIO
VIRI CLARISSIMI,

D. HENRICI REGII,

Reip. Ultraject. POLIATRI, & Medicinæ
Professoris Ordinarii, ac Philosophi
eximii,

Publica disquisitioni exhibet

BERNHARDUS VASTENOU, Borculoâ-Gelrus.

Ad diem 15. Novemb. horâ nonâ matutinâ.



TRAJECTI AD RHENUM,
TYPIS *Gisberti à Ziill*, & *Theodori ab Ackersdijck*,
c1o. 1o. c. LI.



- Reverendis, Clarissimis, ac Doctissimis Viris,*
- D. HERMANNO VASTENOU, Fra-
tri meo unico, ac dilectissimo.
- D. BERNHARDO TEN OEVER, in
Senatu Borculoæ Consuli spectatissimo, Avunculo meo, lo-
co patris semper colendo.
- D. BERNHARDO AB EYLL, apud
Svvolleses Pastori vigilantissimo, consobrino meo nun-
quam non venerando.
- D. ARNOLDO à GOOR, Il-
lustriss. ac Celsiss. Principis Auriaci in Urbe }
Comitatuque Morsensi quæstori fidelissimo, } Confangui-
ibidemque Senatori spectatissimo. } neis meis
integerri-
mis.
- D. BERNHARDO DECANI ROERLÆ,
Pastori vigilantissimo.
- D. N. à VOGELSA NCK, apud Vianenses Pa-
stori vigilantissimo, ac Medicinæ Doctori expertissimo, de
studiis meis optime merito.
- D. NICOLAO HAMEL, Vianæ Scabino
dignissimo, ac spectatissimo.

Hæc meas Medicinæ primitias submissè offero

BERNHARDUS VASTENOU.

MEDICATIO FŒMINÆ,
SUPERFLUIS MENSIBUS
LABORANTIS.

1. **F**Œmina quadraginta annorum, alimentis acris & serosioribus diu usa, incidit in mensium copiosum & acrem fluxum, jam quatuor menses durantem, qui ipsam magnopere debilitavit. Vertigo ipsi imminet, quam primum caput ejus nonnihil refrigeratur.

2. Afficitur in hac ægra uterus; quod ex immoderato illo mensium fluxu: atque etiam caput; quod ex vertigine patet.

3. *Morbus*, qui eam affligit, est intemperies uteri acris & serosa ac nimis laxa; quæ superfluum sanguinis ex utero, jam ultra quatuor menses durantem, inducens, *menstruorum superfluum* nomine vulgò indigitatur.

4. *Causa procatartica* hujus morbi est diuturnus alimentorum acrium & serosorum usus; quo humores acres, in corpore copiosè geniti, *antedentem* huic morbo præbuerunt causam. Pars verò ejus ad uterum copiosius delata, ejusque poros nimium laxans, *continens* hujus morbi & symptomatum eius est causa.

5. Hinc enim fit, ut sanguis justo copiosius & diutius ex utero effluat, partesque nutritioni & vivificationi inservientes, magnopere inde debilitatæ, acrem crassum & serosum porro gignant sanguinem, qui sua alendi ineptitudine & nimio effluvio egram nostram valde debilitat. Hic deinde ad cerebrum delatus suppeditat crassos ventriculis cerebri spiritus; qui, capite nostræ ægræ subinde refrigerato, in vorticem in ventriculis cerebri, ob suam crassitiem, & poros cerebri ex frigore nimis arctatos, quia idcirco in nervos satis copiose diffundi nequeunt, aguntur, atque ita vertiginosam rerum visibilium perceptionem in nostra ægra interdum excitant.

C 2

6. Hic

6. Hic morbus valde periculosus est. Metuendum enim, ne ex diuturno illo fluxu atrophiam, extabescencia vel hydrops oriatur.

7. Ideoque diligens medela mox est adhibenda; quæ causam procatartica, antecedentem, & continentem, ac intemperiem per remedia contraria tollet.

8. Primò itaque præscribatur tale purgans:

℞. rad. plantag. ℥jβ.

rabar. optimi ℥j.

myrobalanon. citrin. ℥ij.

coq. in aq. com. q. s. ad ℥ij.

Colatura adde rabarb. electi pulv. ℥j.

syr. cydonior. ℥j. misce F. haustus, qui semel vel bis in septimana reiteretur.

Corpore purgato adhibeantur cucurbitæ aliquoties in die scapulis & regioni umbilici, sine scarificatione: ac porro utatur hoc julapio.

℞. syr. portulacæ ℥jβ.

de rosis siccis, myrtillor. an. ℥j.

papaverini ℥vj.

aq. plantaginis ℥ij.

rosar. ℥j. Misce F. Julapium, pro tribus dosibus mane & vesperi sumendis.

Malo perseverante, utatur hoc pulvere:

℞. succini, sanguinis draconis, lapid. hamatit. coralli rubri,

sem. portul. an. ℥j.

balaustior. scrup. ij.

boli armeni orient. dragm. ij.

Omnia redigantur in pulverem subtilem: de qua sumatur dragma quantitas cum aq. plantag. vel vini rubelli & adstringentis. q. s. Vel

℞. conserva rosar. antiquæ ℥ij.

pulv. rosar. rubr. carabes.

trochisc. de spodio an. ℥j.

cum

cum syr. myrtino q.s. F. Conditum, de quo sumat castanea magnitudinem, ter quaterve vel pluries in die.

Ventri inferiori & circa os sacrum hoc applicetur ceratum :

℞. unguenti comitissæ ℥β.
mastiches, rosar. rubr. exsic. acacia,
balaustior, coralli rubr. cornu cervi usti an. ℥j.

In pulverem redacta cum ol. ros. q.s. ac cera & pauxillo la-
dani formentur in consistentiam cerati, quod extendatur
super corium & F. emplastra duo, dictis locis, un-
guento comitissæ primò perunctis, adbibenda.

9. Morbo non cedente in uterum injiciatur talis injectio;

℞. mellis rosati ℥j.
aloes, thuris, boli armeni,
terra sigillata an. ℥j.
corall. rubr. myrrha, balaust. an. ℥ij.
Misce F. pasta, de qua dragma dua cum aq. plantag.
℥iij. tempore usus per metrenchytam in uterum inji-
ciantur.

Vel adhibeatur tale pessarium :

℞. succi plantag. ℥iij.
boli armeni, cort. granator.
thuris an. ℥jβ.
cornu cervi usti, gallarum an. ℥β.
Misceantur, & cum cotone iis madefacto.
F. pessarium.

10. In victus ratione aër sit temperatus. Alimenta sint ad-
stringentia & incrassantia, ex pedibus animalium, carnibus pul-
lorum gallinaceorum, assatis potius quam elixis. Cerevisia me-
diocrium virium, in qua fol. & sem. plantaginis suspensa sunt.
Motus & animi pathemata vitentur. Somnus sit moderatus.

MEDICATIO JUVENIS,
TENDINIS PUNCTURA
LABORANTIS.

1. **I**uvenis 27. annorum, imprudenter per plateas incedens, dextri pedis metapedio ita in cuspides calcaris, quo sinister pes erat munitus, impigit, ut tendo unus in medio metapedii angusto vulnuscule sit compunctus. Adest tanta rubedo, dolor, & ardor, ut pede affecto ad incedendum uti non possit. Adest etiam febricula, &, ex doloris vehementia, vigilia.

2. *Pars affecta* hic est, ut ex conspectu, situ, & dolore patet, tendo in metapedio.

3. *Morbus* est tendinis istius punctura, tumore, dolore ardore, inflammatione, & febricula comitata.

4. *Causa* manifesta & externa hujus morbi fuit impactio violenta, in cuspides calcaris facta.

5. *Morbus*, ob symptomata gravia, quæ adsunt, periculosus, hac *curatione* diligenter curandus erit.

Vena itaque in eodem latere in brachio aperiatur, educaturque sanguis ad ℥viii.

Postridie purgetur tali purgante bolo :

Rx. diaprunis sol. ℥ij.
cremor. tartari ℥β.
scammonii gr. xij.
cum syr. rosar. sol. q. s. f. bolus.

Vulnuscule inseratur turundula, hoc liquore imbuta :

Rx. ol. terebintina.
spiritus vini rectificati an. ℥ij. *Misce.*

Tu-

Ut turundula retineatur in vulnufculo, imponatur ipsi par-
vum emplastrum ex diachylo.

Pedi vero inflammato adhibeantur lintea, hoc liquore tepide
madefacta:

*Rx. aq. plantag. rosarum an. ʒvj.
lapid. alchymia ʒij. misce.*

Somnus concilietur gr. iij. laudani opiatu, vesperi datus. Vi-
ctus ratio sit tenuis & refrigerans.

COROL-

Corollaria Respondentis.

I.

Omnis motus tendit ad lineam rectam.

II.

Nil potest trahi, quod non est affixum trahenti.

III.

Spacium vacuum non datur: nec dari potest.

IV.

Homines majorem calorem naturalem hyeme, quam aestate habent.

V.

Sanguis menstruus per se non est pravus.

VI.

Datur circulatio sanguinis.

VII.

Homo aliquot annos naturaliter sine cibo & potu vivere non potest.

VIII.

Omnia morborum signa semper ex urinis desumi non possunt.

IX.

Rhabarbarum est medicamentum purgans & astringens.

X.

Picâ laborantibus omnia quæ appetunt non concedenda.

XI.

Omnes morbi per contrariam medicamenti vim curari debent.

XII.

Aliquando gravidis post quintum mensem venam secare licet.

XIII.

In continuo sunt partes actû; eæque infinitæ.

F I N I S.


00 A 6396

ULB Halle 3
002 928 167



Sl





I. *nonem investientis, pleuri-*
II. *secundo, tertio, vel quarto*
xto, vel septimo.
III. *liquoribus ore haustis.*
V.

46

186

MEDICATIO DUORUM ÆGRORUM,
SUPERFLUIS MENSIBUS, ET
TENDINIS PUNCTURA,
LABORANTIUM.

Q V A M,

DEO OPT. MAX. AUXILIANTE;
SUB PRÆSIDIO
VIRI CLARISSIMI,

D. HENRICI REGII,

Reip. Ultraject. POLIATRI, & Medicinæ
Professoris Ordinarii, ac Philosophi
eximii,

Publica disquisitioni exhibet

BERNHARDUS VASTENOU, Borculoâ-Gelrus.

Ad diem 15. Novemb. horâ nonâ matutinâ.



TRAJECTI AD RHENUM,
TYPIS Gisberti à Ziill, & Theodori ab Ackersdijck,

clo. lo. c. LI.

